

Lib. 1. Al-  
chymiae  
cap. 17.

similibus alijs: Liquefactione seu Fusione, quæ per calorem fit: vel etiã per aqueũ humorẽ, aut aëreum, & à Libauio Deliquium vocatur: quo etiã Γεοπλαυσίαν, separationem per dilutionẽ reducimus. Forma quoq; Accidẽtalis, quæ species est qualitatis, alterat̃, Coloritione, Lotione, Purgatione, quæ sordes à re præparanda diligenter separat.

Diuersis ite-  
dem modis  
corrumpi-  
tur.

1. de Gener.  
& corrupt.  
textu 23.

4. simpl. 16.

CORRUPTIO verò tum dicitur, quãdo totius compositi forma aboletur, quam Aristoteles definit, ὅταν μεταβάλλῃ μὴ ὑπομείνοντ' αἰσθητῶν τινῶν ὡς ἰπποκρίτης ἔχει αὐτῶν. Huius calor est administer, qui congregat homogenea, disgregat heterogenea: qd̃ vnicè in hoc præparationis momento requirimus. De eo Galenus, φαίνετ' ὅτι ἡ θερμὸς φύσις, οἷς αὐτὴ ὁμιλήσῃ, ταχέως ἀλλοιοῖεν αὐτὰ, καὶ μεταβάλλῃ εἰς ἕτερον εἶδος: in aliam speciem mutare, quibus admota fuerit, calidi naturam. Is ergo calor cum re subiecta, in quã acturus est, si componatur, vel internus est, vel externus. Internus tum erumpit, quando, cui inest, corpori circumfunditur humor, aut vapidus aër, quo vehiculo extra sum subiectum euadit, vt vel in auras e-  
uane-